

**Dissertatio medica inauguralis de typhi remediis ... / Eruditorum examini
subjicit Baldvinus Wake.**

Contributors

Wake, Baldwin.
University of Edinburgh.

Publication/Creation

Edinburgi : Excudebant Adamus Neill et Socii, 1807.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/hppm2u7q>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS

DE

TYPHI REMEDIIS.

DISSERTATIO MEDICA

DE

TYPHI REMEDIIS

DISSERTATIO MEDICA

IN ALCURALIS

TYPHI REMEDIIS

DISSERTATIO MEDICA
INAUGURALIS
DE
TYPHI REMEDIIS ;

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE REVERENDI ADMODUM VIRI,

D. GEORGII BAIRD, SS.T.P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI ;

NECNON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI Consensu, et

Nobilissimæ FACULTATIS MEDICÆ Decreto;

Pro Gradu Doctoris,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS ;

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

BALDVINUS WAKE,

ANGLUS,

CHIRURGUS MILITARIS,

COLLEG. REG. CHIRURG. LOND. SOC.

VIII. Calendas Julias, horâ locoque solitis.

*ASCLEPIADES etiam, in recenti vehementique præcipueque ardenti
Febre, ad discutiendam eam, Gestatione dixit utendum.*

CELS.

EDINBURGI :

EXCUDEBANT ADAMUS NEILL ET SOCII.

1807.

DISSER TATIO MEDICA

IN ANATOMIA

GULIELMO WAKE

TYPII REMEDIIS

DE WOLFE-MILL

CLAS.

EX AUCTORITATE SENATUS UNIVERSITATIS
ET ACADEMIAE MEDICAE

D. GEORGI WALKER D. S. T. P.

PROFESSORIS ANATOMIAE

IN ACADEMIA MEDICA
ET ACADEMIA ANATOMICA

EDITIONE SECUNDA

MDCCCXXXIII

EDITIONE SECUNDA

ET ARGUMENTI COMPENDIUM

EX AUCTORITATE SENATUS

BALDWINO WAKE

AVCTOR

PROFESSORIS ANATOMIAE
ET ACADEMIAE ANATOMICA

EDITIONE SECUNDA

MDCCCXXXIII

AD AUCTORITATE SENATUS
UNIVERSITATIS ET ACADEMIAE
MEDICAE

CLAS.

EDITIONE SECUNDA

EX AUCTORITATE SENATUS

UNIVERSITATIS

1803

VIRO SPECTATISSIMO,

GULIELMO WAKE

DE *COURTEEN-HALL*,

IN COMITATU NORTHAMPTONIENSI,

BARONETTO ;

VIRTUTIBUS ET MORUM URBANITATE

INSIGNI ;

AMICIS, COGNATISQUE, CARISSIMO ;

HOCCE OPUSCULUM,

ANIMI BENEFICIORUM MEMORIS

TESTIMONIUM,

OFFERT

AUCTOR:

COMMITATISSIMO
GUILIELMO WAKE

DE CURYEN-WALL

IN COMITATU NORTHAMPTONIENSI

BARONETTO

IRITUTIBUS ET MORUM URBANITATE

INSIGNI

AMICIS COGNATISQUE CARISSIMO

HOCCO OPUSCULUM

AMICI BENEDICTORUM MEMORIS

TESTIMONIUM

QUEST

AUCTOR

VIRO INTEGERRIMO,

IOANNI HAMILTON,

ARMIGERO,

DE WHITEHAVEN,

SOCIETATIS MILITARIS PRÆFECTO,

OLIM REM CHIRURGICAM PERITE ET FAUSTE

EXERCENTI,

QUI,

ALUMNO PATRE ORBATO PATER FUIT,

A TENERIS ANNIS AMORE ET IN MATURIS

AFFINITATE

DEVINCTO;

HÆC QUALIACUNQUE SINT,

MAGISTRO ALUMNUS,

ET QUASI

PATRI FILIUS,

SACRAT

B. WAKE.

JOANNI HAMILTON,
DISSERTATIO MEDICA

DE WHISKY
IN SCOTIA
SOCIETATIS MILITARIS PRACTICAE

Aër quoque ipse, qui purus sacram vitæ flammam
alit, impurus factus, eandem vel statim extin-
guere potest, vel multis vaporibus onustus, aut no-
civis quibusdam effluviis corruptus, ingentem mor-
borum cohortem inducere.

GREGOR: *Conspec. Medicin.*

DE TYPHI REMEDIIS. 2

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS

DE

TYPHI REMEDIIS.

EXORDIUM.

MISCELLANEA QUÆDAM

INTER innumeros ferè morbos quibus gens humana vexatur, febris latissimè patens effectus dirissimos edit; crudeliter enim per omne ævum homines exercuit, et nulla est terræ pars ab ejus vastationibus immunis; urbibus gravissimè incubuit: et bellis atrocissimis sævior ense plures trucidavit. Non mirum igitur erit, medicos in natura ejus investiganda plurimum operæ semper colocâsse, nec infelicitè,

A

liciter,

liciter, utcunque erraverint in controversiis nunquam dirimendis, quas de causa ejus proxima moverunt. Positis igitur hujusmodi conjecturis, de iis quæ in ea medenda valere magister usus edocuit, breviter disserere statui, et de eo febris genere, quod sæpiùs occurrit, agere consilium est. Cujus definitionem sequentem CULLENUS illust. protulit: “ Morbus contagiosus, calor parùm auctus, pulsus parvus, debilis, plerumque frequens; urina parùm mutata: sensorii functiones plurimùm turbatae; vires multùm imminutæ.”

MISCELLANEA QUÆDAM.

UT æger morbo, periculo nunquam vacuo, gravissimis signis sæpè comitato detentus, ad secundam valetudinem perduceretur, multa et admodum minuta sedulò respicienda sunt. Et sanè in morbo difficili, in quo irrita sæpè sunt omnia artis molimina, quæ è propria experientia dedici, non sine summa diffidentia proferre aggredior. Quantum levaminis hoc morbo

morbo decumbentibus assidua ad res levissimas attentio afferre potest, omnes febricitantes probè experti sunt: quorum nullus est quin liberè agnoscat, prompta assidentium officia in molestiis minutissimis levandis, quos ne minima effugerint, sibi plurimum auxilii attulisse.

Conclave, in quo æger detinendus est, amplum, aëris perflatibus expositum, et ab omni strepitu et clamoribus remotum sit oportet, tapete, et omni alia supervacua suppellectili ablatis. Et si fieri potest, duobus cubiculis vicinis, vel etiam pluribus, ægro uti liceat; et ut primum aër in uno vitiatus fuerit, ad aliud confugere debet; cubiculum quod novissimè destituit, fumo et vento purgandum est. Nil vetat quo minus hæ loci mutationes sæpiùs fiant, cum nulla causa est cur motûs effectus timeamus, quod in alia hujus opusculi parte factis adductis comprobandum restat. Omni curâ incumbere debemus, ut aëri subinde renovato liber pateat aditus; ne lux autem nimis vivida in ægri oculos incideret, sedulo cavendum est. Cubile duriusculum quàm
mollius

mollius stratum, anteponendum est; in hoc enim, mediâ parte corporis pondere depressâ, calor augetur, et morbida quæ è corpore effluunt stragulis irretita vires colligunt. Stragula quàm maximè levia sint; et lecti vela omninò removenda; ægro enim famulantes haud facilè adducuntur ut ea reducta semper teneant.

Fæces, et omnes alias sordes, quamprimùm amovere maximè interest. Pauxillum calcis vivæ ad matulæ fundum depositæ malum fæcum odorem corrigit. Summa corporis mundities semper colenda est, cujus lavatio quotidiana præcipienda, et vestimenta totiès mutanda sunt, vel etiam sæpiùs, si necessarium fuerit. Morbo ineunte, capitis rasura ad munditiem haud parùm confert, et remediis locum cedit, quibus dolori capitis vel delirio subvenire possumus.

Positura corporis supina meliùs plerumque febricitantibus accommodata est, etsi in nonnullis exemplis, ubi sanguis caput versus uberiùs justo fertur, humeris reliquo corpo-

re

re elatioribus decumbere debent : in genere autem positura quam ægri ipsi eligant, anteponenda est.

Diæta febricitantium præsertim ab morbi initio tenuissima esse debet, è pulmentis et jusculis levioribus maximè confecta. Rarò autem ægri in hoc peccant, modò ipsis pro arbitrio permittatur diæta ; omne enim cibi genus nociturum ferè respuunt, potiones et fructus maturos expetunt et avidè devorant. Sub exitu morbi diæta plenior concedenda est : inter prima enim salutis redeuntis indicia, cibi animalis, aliusve generis, cui æger antea assuetus fuerit, appetentia jure recensetur ; cui tutò et sæpè cum beneficio indulgere liceat.

Quod ad potum attinet, quæ gratè acescunt, meliùs conveniunt ; quæ igitur è mali citri vel rubi idæi succo, aquâ pomis decoctâ, vel cerevisiâ tenui parantur, benè respondent, et nisi diarrhœa vetat, ad libitum concedi queant. Aqua quoque hordeacea, serum lactis, vel etiam aqua frigida, huic proposito benè inserviunt.

Summi

Summi est momenti ut omnia quæ mentem deprimunt, cautissimè arceantur; hinc periculum in quo versatur nunquam scire debet, et cùm nil mentem magis erigit et recreat, quàm amicorum conspectus, hi minimè excludandi sunt. Quàm necessarium fuit in morbis acutis animi ægritudinem permulcere, medicus antiquus jure clarissimus probè perspexit, et quæ hoc consilio medentibus observanda sunt, accuratè tradidit*; et forsannullus est morbus in quo hujusmodi monita, quàm in Typho, magis necessaria sunt; in
hac

* “Neque herculè satis est, ipsas tantum febres medicum intueri, sed etiam corporis habitum, et ad eum dirigere curationem; seu supersunt vires, seu desunt, seu mali affectus interveniunt. Cùm verò semper ægros securos agere conveniat, ut corpore tantùm, non etiam animo laborent; tum præcipuè, ubi cibus sumpserunt. Itaque, si qua sunt, quæ exasperatura eorum animos sunt; optimum est, ea, dum ægrotant, eorum notitiæ subtrahere: si id fieri non potest, sustinere tamen post cibum, postque somni tempus, et cùm experrecti sunt, tum exponere.”

CELSUS, lib. iii. cap. 5.

hac enim febre mens demissa et meticulosa est, quæ vires morbi multùm intendit.

QUEDAM DE REMEDIIS.

MEDICI hodierni summi nominis, Typhum, modo ei remediis idoneis tempestivè occurritur, vel subitò tolli, vel signa ejus multò mitiora evadere, usu comprobârunt. Mendendi ratio igitur ad duo capita satis aptè relegari queat; in *primo*, quæ ingruente febre, et in *secundo*, quæ cùm per aliquot dies persistiterit, conveniunt, perpendenda sunt. In illo febris statu ars plurimùm valet, si modò remedia promptè et peritè adhibeantur; in hoc, autem, etsi solitum ejus decursum inhibere non datur, signis maximè molestis sæpè optimè occurrere, et ægrum ad metam optatam perducere possumus.

Typhus languore, capitis dolore, nausæa et vomitu plerumque incipit. Cùm vomitus sponte obortus, finem morbo felicem haud rarò attulit; ad *EMETICA* hoc consilio confugi-

endi

endi ratio manifesta est. Cùm igitur signa suprâ tradita aliquem, qui contagio objectus fuerit, adoriuntur; tria quatuorve *tartritis antimonii* grana statim assumenda sunt, et vomitus diluentibus tepidis copiosè epotis promovendus est. Emetica ex antimonio desumpta in primo febris gradu maximè laudata fuère; quod actioni eorum vehementi, quâ motus febriles adhuc haud benè stabilitos abrumpere queant meritò, forsan attribui solet.

Doctor CURRIE opinatur, emetica vim in ventriculum maximè exercere, quâ hujus organi et vasorum in superficie corporis constrictio spasmodica resolvitur, et hoc modo calor nimius aufertur. Dum totum corpus valdè concutiunt, et febrilium signorum nexum destruunt.

Beneficia ex emeticis in febribus compescendis derivata, in Valetudinariis Militibus destinatis, qui annis 1794 et 1795 in Continenti bellum gerebant, admodum conspicua fuère; pluribus hominibus in eodem loco unâ confertis, contagium vim acerrimam nactum

est,

est, et omnes ferè eò expositi febre corripiebantur ; ut primùm autem morbi incipientis indicia observata fuère, emeticum adhibitum fuit felicissimo cum eventu. Hos [optimos effectus in animo meo penitùs infixos, experientia ulterior comprobavit ; et nullum forsàn est remedium quod, emeticis maturè adhibitis, in febribus sistendis præpolleat.

Si morbus jam per plures dies duraverit, vomitus anceps remedium est ; si autem nullum è medicamentis quæ alvum movent, datum fuerit, emeticum lene ventriculum è materia cruda ægrè concoquenda purgando prodesse potest, quæ aliter nauseam concitaverit. In hujusmodi exemplis, *pulvis ipecacuanhæ* antimonio præstat.

Emetica ex antimonio non solùm ventriculum, sed intestina quoque, plerumque exinaniant ; nec rarò, cute relaxatâ, sudorem copiosum eliciunt. Si autem alvus emetico assumpto haud probè soluta fuerit, quinque *submuriatis hydrargyri* grana, cum decem *pulveris jalapæ* conjuncta, adhibenda sunt. Intestina autem crassiora, emollientibus infrà

infusis, priùs subducere, haud forsàn alienum erit.

DE viribus *VESICANTIUM*, in febris tollendis, haud levis inter medicos dissensio est. Verisimile autem mihi videtur, bonos effectus, qui à nonnullis medicis his attribui solent, aliis et validioribus remediis eodem tempore adhibitis deberi. Cùm vulgus exulceratoria ferè reformidant, timor, quem incutiunt, illam mœstiam typho propriam augendo, haud parùm noceat.

Quantùm valeant *EPISPASTICA*, ab initio hujus morbi adhibita, apud milites occasio frequens usu comprobandi mihi oblata est; spem autem semper frustrata sunt; et sanè experimenta claro HOME, Patre, hoc consilio instituta, hoc ultra dubium posuerunt. Hæc autem non ita intelligenda sunt quasi epispastica omni febris tempore prorsùs inutilia fuère; in proVectiore enim febris gradu, quibusdam signis levandis optimè accommodata sunt.

Sudorem copiosè promovendi consuetudinem alii medici laudibus efferunt, alii haud minùs improbant;

improbant; omnes autem excretionem per cutem stimulantibus, vel calore externo elicitam, maximè nocere consentiunt. Lenem tamen sudorem exiguis *pulveris antimonialis* dosibus, vel aquâ acetitis ammoniæ, induxisse, haud parùm juvat. Cùm sudor per aliquod tempus sine ullo ægri levamine liberè profluxerit, corporis lavatione cum aceto, et aëris frigidi accessu, compescendus est, usu medicamentorum quoque, quæ ad eum ciendum admodum fuere, deposito. Etsi non negandum est quin antimonium sudorem et alvum movendo, typho laborantibus magnum adjumentum attulerit; has autem diutiùs justo continuatas damnum haud leve interdum inferre confitendum est. Enim antimonium hoc consilio adhibitum, ventriculum debilem admodum et irritabilem reddit, totiusque corporis vires multùm imminuit; cautissimè igitur, et rarò forsàn post tertium morbi diem, administrandum est. Huic quoque sententiæ Doctor CURRIE fidem conciliat; antimonium enim anceps remedium, quod vires semper multùm convellit, habet, cum affusione aquæ frigidæ
nequaquam

nequaquam comparandum. Si autem cujusvis corporis partis inflammatio potentissimi hujus remedii usum prohibeat, ad id cum beneficio decurrere liceat.

AQUÆ FRIGIDÆ AFFUSIO.—Inter omnia remedia quibus Typho medetur, nullum frigore præstantius existit. Variola, humano generi olim infestissima, medicos de bonis regiminis frigidi effectibus primùm admonuit, e quo tempore felicior in febribus medendis viam ingressi sunt. Etsi usus aëris frigidi, et crebra corporis lavatio in febribus gravi antiquorum auctoritate nitebantur, et quoque a SYDENHAMO usui commendata fuere, nihilominus commoda ex his oritura non nisi post longam annorum seriem probè perspecta fuere. Et sanè, cùm scripta veterum omnibus medicinam exercentibus nota fuere, hanc saluberrimam praxeos eorum partem, rationi maxime consentaneam, posthabitam fuisse, omnibus de hac re vel leviter reputantibus mirùm videbitur.

Quæ

Quæ de hoc proposito CELSUS eximius conscripsit, ab iis quæ hodiè in usu sunt parùm discrepant; sic enim habet * : “ Si verò ardens febris extorret, nulla medicamenta danda potio est; sed in ipsis accessionibus oleo et aquâ refrigerandus est, quæ miscenda manu sunt, donec albescant; etiam amplo conclavi tenendus, quò multùm et purum aërem trahere possit; neque multis vestimentis strangulandus, sed admodum levibus tantùm velandus est; possunt etiam super stomachum imponi, folia vitis in aqua frigida tincta. Ac ne siti quidem nimiâ vexandus est.”

DE HAEN †, inter recentiores, anno 1737, in febre contagiosa quæ *Wratislaviæ* sæviebat, CELSUM secutus, hanc curandi rationem primus revocavit, præter quod nullum oleum aquæ admiscebat; alii autem præjudiciis occæcati optimam medendi viam a DE HAEN institutam omninò neglexerunt, donec his temporibus

* CELSUS, lib. iii. cap. 7.

† Acta Germanica, vel CURRIE.

temporibus GREGORIUS noster clarissimus, et exemplo ejus, et prælectionibus, ablutionem enixè commendavit, quæ denique nos ad affusionem frigidam perduxit; ad quam quoque narratio Doctoris WRIGHT gravissima, medicorum attentionem fortiter dirigebat*. Doctor BRANDRETH, et postea Doctor CURRIE, ad ea quæ a Doctore WRIGHT tradita fuere, inter primos animum advertabant; usum autem validissimi hujus remedii in febribus invaluisse Doctori CURRIE debemus, qui in libro eleganti et erudito quem de hoc proposito edidit, omnia quæ ad usum hujus præsidii pertinent, accuratissimè statuit; nec sanè scientia ejus candore magis enitet, omnes enim fontes unde primas affusionis notiones deprompsit ultrò professus est; nec antiquorum benè merita omisit, ut a sequentibus patet: “Of the ancient physicians, the most copious on the use of water, in all its forms, is GALEN. He not only used cold drink, but immersion in the cold bath, in burning fevers, with extraordinary

* *London Medical Journal*, 1786.

traordinary success. His relations appear to me, in general, tedious and obscure, but not destitute of truth ; and the weariness of perusing him, is occasionally relieved by the pleasure of rescuing a fact, that was buried under masses of false theory*.”

Ipse, dum in exercitu medicinam feci, summa ex affusione frigidâ beneficia sæpiùs observavi. In typho, et etiam in febris intermittentibus, plurimùm profuisse visa est. Præcepta quæ servanda sunt, ut ritè procedat affusio, a Doctore CURRIE tradita, secutus sum, quæ, utpotè vulgatissima, hìc recensere supervacaneum foret.

Cùm mihi persuasum fuit, emetica haud exiguis virtutibus in febris pollere, unum sæpè præmisi, antequam ad affusionem confugiebam, et haud sine fructu.

Cùm

* Dr MOORE perversam medendi rationem, quæ in morbis acutis tractandis olim obtinuit, his verbis optimè depinxit : “ In the last century, and that immediately preceding it, the minds of mankind

Cùm febris autem per aliquot dies duraverit, ad progressum ejus inhibendum minime

kind seem to have been obscured with ideas equally gloomy in religion and in medicine. Every thing pleasing was thought sinful; and by many enthusiasts, what gave the highest pleasure, was considered as the greatest sin. The physicians seem to have adopted the prevailing sentiment of the times, and to have applied it to the practice of physic; they condemned every thing that was agreeable to a sick person's taste or feelings, and declared it noxious to his constitution, and the more noxious in proportion as it was agreeable. In many instances, they treated their patient, as if they had been persuaded that the most effectual way to restore health, was to prescribe what was most repugnant to his taste. If he complained of heat, additional bed-clothes were heaped upon him to force a sweat. If, half-stifled, he begged for a little fresh air, the bed-curtains were drawn closer, because cold ought to be most guarded against, when the body is hottest; and if he complained of thirst, and entreated for a draught of cool water, he was presented with

mè valemus ; tunc igitur medentis consilia in eo maximè versari debent, ut signa molestiora et magis periculosa levamen accipiant. Inter hujusmodi symptomata, nausea et vomitus summam ægro molestiam plerumque facessunt, quibus tamen haustibus salinis effervescentibus optimè plerumque occurritur ; sin minùs, opii granum optatum effectum nonnunquam præstabit. Si unà cum vomitu alvus compressa manet, enemate emolliente solvenda est. Si ventriculus pressu do-

C sup. de de. let

a draught from the apothecary's shop, well impregnated with spiceries. How many fevers would have terminated favourably, had the pleadings of nature been listened to, and the wishes of the patient gratified, which by this horrid treatment have degenerated into petechial malignity ! How many victims, since the period above alluded to, have been sacrificed to the pride and obstinacy of mistaken science, dazzled by the meteors of theory, and despising the humble path of experience, pointed out by the earliest physicians !”

MOORE'S *Medical Sketches.*

let aliquid inflammationis subesse suspicandum est; et in hoc casu parùm in vomitu compescendo proficitur, nisi hæc priùs epispasticis admotis sublata fuerit. Alvi fluxus, secùs ac signa suprà memorata non in omni exemplo coërcendus est. Si enim alvi dejectiones biliosæ fuerint, delirium vehemens adsit, et vires ægri adhuc vigeant, diarrhœam subitò comprimere omninò alienum foret. Intestina e materia biliosa, rheo vel paucis calomelanos granis, primùm exoneranda sunt; et postea ad ea quæ alvum astringunt tutò fiat transitus.

Dolorem capitis, qui jam inde a febris principio ægrum vexat, signa, quæ auctum sanguinis impetum caput versus denotant, ut oculi rubore suffusi, vehementior carotidum et arteriæ temporalis micatus, et capitis calor adauctus, comitantur, dum extremæ corporis partes ferè frigent. In talibus exemplis sex vel octo *birudines* temporibus admotæ, et *epispastica* postea iisdem partibus adhibita, plurimùm prosunt.

Facies

Facies quoque et collum aquâ frigidâ et aceto abluenda sunt ; et caput, priùs rasum, spiritu vini camphorato, vel æthere sulphurico cum tinctura opii conjuncto, sæpiùs lavare juvat.

Dolor capitis, in provectione morbi gradu, insigni virium prostratione, et delirio miti, plerumque comitatus, alia remedia exposcit ; tunc enim frigida capiti liberè admota minùs conveniret, embrocationibus autem suprâ dictis, et epispasticis, cum beneficio adhuc uti liceat. *Vinum rubrum et opiata* nunc opportunè auxilium præbent ; et in priore casu, alvus lenibus medicamentis, in posteriore ènematibus, ducenda est. Fomenta calida admota, vel semicupium, opem ferunt.

Delirium citiùs seriùsve typho semet comitem adjungit, et, haud secùs ac capitis dolor, cum sanguine in cerebrum uberiùs influente, vel summo virium lapsu, consociatur ; utrisque igitur eadem remedia accommodata sunt. Si delirium vehemens fuerit, et æger e lecto assurgere aggreditur, non in eo detinendus est, saltèm si hoc nisi vi adhibitâ

non

non fieri potest, quod malum potiùs adauget.

Insomnia, quâ febricitantes ferè plectuntur, inter molestissima hujus morbi indicia habenda est, ægri enim vires maximè exhaurit; et sæpè nulla medicamenta ad somnum inducendum valent. Hoc consilio ad *opium* vulgò decurritur, cui autem in morbi principio assumpto parùm fidendum est, nec semper tunc temporis sine damno adhiberi queat. Cùm de opii usu Dr CURRIE præcepta saluberrima et rationi maximè convenientia tradidit, ea ipsissimis verbis hìc citare liceat: “ When opium is given in fever, if the heat be two or three degrees, or upwards, above the natural standard, and the skin dry, it seems very generally to increase the heat and restlessness. If the heat, though preternaturally great, is subsiding, and the skin is beginning to soften, though not very moist, opium very often accelerates the perspiration, and by this means diminishes the heat. In such cases, tranquillity and sleep generally follow.”

E suprà citatis patet, opium in eo febris statu commodiùs adhiberi in quo affusio frigida nocuisset. Ipse opium cum felici admodum eventu in usum revocatum vidi, cùm febris æstus frigore et aëre puro priùs deferbuit. Has opii virtutes in bello, anno 1794 et 1795 infeliciter suscepto, mihi sæpè videnti facultas erat, cùm ægros in vehiculis apertis ab hostibus subducere necesse fuit.

Supersunt et alia remedia, ut *camphora*, *valeriana*, et *serpentaria*, ad somnum conciliandum laudata; horum autem vires experientia mea nequaquam comprobavit. Fomenta cruribus admota somno potenter favent.

Si somnus interruptus ægrum multùm fatiget, et haud levem morbi partem constituat, tantùm a methodo solito decedere liceat, ut lectum mollius ægro concedamus, si ei antea assuetus fuerit. Si ulla sit ad somnum proclivitas, cura ad multa minuta sedulò adhibita, eum sæpè comparare valemus. Ad habitus ægri priores respicere, et hora, quâ dormitum ire solebat, lectum componere, et stragulis mutatis gratum reddere debemus, dum cubiculum

lum frigidum et silentia somnos invitant. Nil ægro ipso præcipiendum est de medicamentis quæ nocte assumenda sunt.

Versus finem febris, summæ debilitatis indicia in conspectum veniunt. Pulsus parvus, debilis, et celer evadit; corpus multo sudore diffluit, oculi languescunt, et crebra ad animi deliquium proclivitas, delirium mite, mussitans, et tendinum subsultus, vires penitè de-
ficere testantur. Hæc symptomata promptissimum et liberum *vini, opii, et camphoræ* usum postulant. Hæc autem stimulantia fortiora prudenter administranda sunt; vinum præsertim, quod temerè et inconsultò adhibitum magnam injuriam sæpè intulit.

In praxi militare, effectus pessimi e vini abusu sæpè profluxerunt; in nonnullis enim exemplis observatum est, stragem e febre contagiosa in certis legionibus oborta derivatam, vino consumpto pro rata respondere. Vinum nunquam assidentibus imperitis concredendum est; hoc enim ægrotantibus ferè ultra modum porrigunt; quod sanè ipse haud sine summo vitæ discrimine semel expertus sum.

Homo

Homo enim honestus sed rudis, qui mihi febre detento assidebat, unius noctis spatio spiritus vini Gallici libram, et vini enormem copiam dabat; cùm autem me delirio feroci correptum perterritus vidit, de insolita vini copia assumpta, nullam mentionem fecit; et medicus, cui, fraudis nescio, hos malos effectus e modico vini usu profluxisse persuasum fuit, ab eo omninò abstinere præcipiebat; tanta autem debilitas subsecuta est, ut mors jam in propinquo esset; cùm prudens stimulantium diffusilium usus, me è Lethi faucibus eripuit.

Genus vini quod æger maximè appetit, vulgò anteponendum est; et si meraciora fastidium creant, tenuiora in eorum locum substitui possunt. In genere, vinum rubrum Lusitanicum, vel Madeirense, ægris magis idonea sunt, quorum vires multùm imminutæ fuêre. Quibusdam spiritus vini Gallici lacte diluti, et saccharo commisti, admodum gratus est; et exempla habemus in quibus *alcohol* hoc modo assumptus, optimos effectus præstitit.

Inter

Inter putredinis signa, varia cutis vitia, petechiæ scilicet, vibices, et gangræna præsertim in partibus exulceratis oborta, hæmorrhagiæ, odor fœtidus et quasi putrescens ab ægro dimanans, et alvi dejectiones nigræ et fœtidæ, recensentur. His corpus aquâ et aceto lavando subveniendum est; et eodem consilio fructus maturi subacidi, ut uvæ, succus citri aurantii, et fraga, liberè assumpti, benè conveniunt. Nimium hujusmodi fructuum acorem saccharo obtundere interdum necessarium est. Decoctum cinchonæ cum acido sulphurico commistum, quantum ventriculi vires sinant, assumendum est. Vinum quoque et opium, contra hæc mala validissima præsidia sunt. Spuma quæ inter fermentandum gignitur, e vi ejus antiseptica nuper multùm celebrata est, et in proVectiore typhi gradu summis viribus pollere, et delirium et putredinem brevi tollere perhibetur. Acidum muriaticum benè dilutum, et infrà injectum, haud parùm prodesse dicitur; de eo autem nil è propria experientia affirmare possum.

Abdomen

Abdomen circa finem morbi tumidum, haud leve periculum ostendit, præsertim si pressurâ adhibitâ multùm dolet. In talibus exemplis eadem mortuorum cadavera scrutantibus sese offerunt, ac quæ in peritonitide vel febre puerperarum conspiciuntur. Huic sublevando hirudines, emplastrum è cantharidibus amplum abdomini admotum, et enemata emollientia crebriùs infusa, optimè inserviunt.

Si abdominis tensio ex intestinis ruptis procedat, vana sunt omnia artis auxilia *. Comati ad extremum morbi tempus plerumque supervenienti, capite supra reliquum corpus elevato, exulcerantibus nuchæ impositis, et sinapismis pedibus applicatis, occurritur.

Symptomata suprâ enarrata, cum facibus insciè elabentibus, mortem instare testantur; tam fallax autem est febris natura, ut in pessimis ejus exemplis, ubi jam conclamatum esset, ægri præter omnem spem convaluerunt; nunquam igitur, salute quasi desperatâ, ab usu remediorum desistere debemus; sed vi-

D num

* Audi Doctoris GREGORII Prælect.

num cum aromaticis acrioribus decoctum, alcohol, et æther, prout res postulaverit, liberè præbenda sunt. Etsi deglutitio difficilis vel ferè impedita fuerit, ut medicamenta necessaria devorentur, omnibus nervis contendere debemus. Cùm summa debilitas accesserit, ægri cochleare amplum cujusvis fluidi, quàm minor ejus copia, et gelata quàm liquida, faciliùs deglutiunt. Si nulla stimulantia per os assumi possunt, eadem infrà infundenda sunt. Corporis frictio, cum stimulantibus et panno laneo calido, adhibenda est; partibus extremis frigescentibus, utriculi aquâ calidâ repleti, et laneo involuti, admoveri debent.

Quanti interest ut etiam in exemplis typhi desperatissimis, nunquam spem omninò abjiciamus, casus, quem semper meminisse juvabit, referre liceat. Dum ad partem Africæ *Cape of Good Hope* dictam, in nave oneraria militibus conferta iter feci, febris contagiosa apparebat, et miles gregarius eâ correptus tam pessimè sese habuit, ut nulla vitæ indicia superesse videbantur, et ad superiorem navis

partem

partem evector est, ut in mare projiceretur : feliciter autem vetui ne hoc unquam fieret, donec corpus inspiciendo de ægri morte certior factus eram. In hoc exemplo motus quosdam cordis obscuros admodum et vix percipiendos observavi, et corporis calor non penitus deficiebat ; quod ægro aëri liberè exposito forsitan tribuendum esset : præcepi igitur ut corporis frictiones, et stimulantia, strenuè protinùs adhiberentur, quibus motus cordis et arteriarum brevi redintegrati fuère, et æger ab gravissimo morbo tandem convaluit.

DE GESTATIONIS USU IN FEBRIBUS.

In iis quæ suprà tradidi, nil comprehensum est quod non ad solitam medendi rationem in febribus pertineat ; antequam autem hoc opusculum ad exitum perduxì, quædam de beneficiis è remedio in morbis acutis diu obsoleto, *gestatione* scilicet, derivatis, agitare lubet.

Multa

Multa et præstantissima remedia casu nobis semet obtulerunt; et tristia belli *motum* febricitantibus minimè nocere, è contrario autem felicioribus hujus morbi remediis annumerandum esse, docuerunt. In bello in Continenti nuper gesto, cùm domicilia ægris destinata, sancta perugia nequaquam haberentur, ea ad alium locum transferre nimis sæpè necesse fuit, gravissima Typhi exempla ex hujusmodi loci commutationibus in meliùs verti omnibus perspicuum fuit; et in nullo febris gradu aliquid detrimenti ex hac causa acceptum est. Multis ægris ex uno loco ad alterum transvectis, medicinam adhibere mihi sæpiùs contigit, et plures vidi hoc morbo ad sanitatem restitutos, quibus antea mors instare visa est.

Anno 1794, ineunte æstate, exercitus Britannicus versus Bataviæ fines recedere incipiebat, et ægri ad alia valetudinaria eodem tempore removendi sunt. In Nosocomio *Sancti Guislain* multi ægri detinebantur, quorum maxima pars febre laborabat; hi in plaustris apertis ad *Dendermonde* translati fuère, et

iter

iter quatuor diebus conficiebant ; quo quidam periculosè admodum ægrotantes convalescerunt, et omnes meliùs sese habuerunt.

Certus æger, die quo à *St^o Guislain* decessurissimus, sibi attentionem maximè vindicabat ; tam pessimè enim sese habuit, ut eum relinquendum esse decrevimus. Infelix autem (cujus vires ad hoc vix sufficerent) efflagitavit ut unà cum sociis exportaretur, et Doctor SHAPTER, (qui nunc Nosocomiis Militaribus in Scotia præest) sortem iniquam miseratus, huic proposito accedebat ; et cum felicissimo eventu ; paucis enim elapsis diebus, de salute redeunte nullum dubium fuit.

Dum hoc iter confecimus, cœli tempestas præter solitum mitis et serena fuit, sine imbribus ; hinc omnia beneficia ex hoc aëris statu pendere facilè adductus eram ut crederem : proximo autem vere, eadem commoda è gestatione accepta in magna aëris intempérie percepi. Ægri centum plùs minùs febre decumbentes ab *Embsen* ad *Bremen*, quod quatuor dierum iter est, devecti fuère ; et omnia ac in exemplo priori æquè feliciter evenerint,

evenerint, etsi tempestas erat perfrigida, et frequenter ningebat.

Nullis aliis remediis præter opium et vinum in gestatione usi sumus. Delirium, si adfuerit, eâ paucis horis depulsum fuit.

Ad hæc haud levis certè momenti, quæ suprâ retulimus, quædam forsân de modo operandi hujus remedii proferre decet; rationem autem quâ tantùm in febribus pollet, reddere minimè facilè est. DOCTOR CURRIE commoda, quæ à Doctore JACKSON, et aliis, in febribus *Sancti Domingo* et *Americæ* invalescentibus, observata fuêre, ad vectionem in vehiculis patentibus, in quibus ægri parùm de lassati fuêre, et grato refrigerio ex assidua aëris mutatione, pluviis, et roribus nocte decidentibus refecti, relegavit. In exemplis autem quæ suprâ memoravi, itinera satis longa, citra defatigationem fieri nequaquam potuerunt; vhecula enim nullis machinis, quæ motum faciliorem redderent, suspensa fuêre, et ægri viis asperis concutiebantur. Gestatio quoque eosdem bonos effectus præbuit, ubi cœlum minimè pluviosum fuit. In nonnullis
exemplis,

exemplis, in quibus ægros per plures horas sine ullo corporis motu sub Jove detinui, eadem beneficia haud observavi.

Motum igitur in febribus vi quâdam propriâ gaudere concludendum est; nec beneficia ex eo provenientia ex ægris aëri frigido liberiùs expositis, omninò repetenda sunt. Imò, Varias secretiones et excretiones promovendo prodesse potest: 2dò, Gratae imagines menti perpetuò oblatae, in hujusmodi itineribus, animum recreant, et delirium fugant: huic sententiæ Doctor MOORE eruditus accedit; inquit enim, “ In cases where the patient can easily be moved into the open air, it is not impossible that the chearing verdure of the fields and rural objects, with the refreshing smell of plants at particular seasons of the year, may contribute to the cordial effect, which a free cool atmosphere is found to produce *.”—Medici antiqui, et præsertim ARETÆUS, eandem opinionem amplexi sunt.

CELSUS gestationem præ aliis remediis ASCLEPIADI arrisisse affirmat, qui ea in omni
febris

* *Medical Sketches.*

febris gradu usus est ; sic enim habet : “ AS-
CLEPIADES etiam in recenti vehementique,
præcipuèque ardente febre, ad discutiendam
eam gestatione dixit utendum*.” CELSUS au-
tem ipse hanc curandi viam parùm laudat ;
et eam inter leges tam circumscriptos conti-
nuit, ut in paucissimis exemplis ad eam con-
fugere liceat ; et sic dicit : “ Si quis tamen
experiri volet, sic experiatur ; si lingua non
erit aspera, si nullus tumor, nulla durities,
nullus dolor visceribus, aut capiti, aut præ-
cordiis suberit. At ex toto, nunquam gesta-
ri corpus dolens debet, sive id in toto, sive in
parte est ; nisi tamen solis nervis dolentibus ;
neque unquam increscente febre, sed in re-
missione ejus †.”

Etsi jam dictum est gestationem primis fe-
bris diebus haud nocere ; boni autem ejus
effectus in proVectiore febris gradu maximè
conspicui sunt, præsertim cum delirium mi-
te adest, et variæ secretiones et excretiones-
que vix ampliùs peraguntur.

Leges

* CELSUS, lib. ii. cap. 15.

† Id. ibid.

Leges quibus gestatio astringitur, paucae sunt et simplices. 1mò, In ultimo febrium stadio ea maximè utendum est. 2dò, In vehiculo aperto fieri debet, quo æger aëri liberè exponatur, et res vicinæ animum jucundè reficiant. 3tiò, Gestatio haud minùs quàm per octo vel decem horarum spatium quotidie adhibenda est, donec valetudo restitui inceperit.

Nec aliquis mihi vitio vertat, quod vehicula aperta potiùs quàm clausa commendavi, quasi effectibus motùs nisi cum aëris accessu conjuncti, diffiderem; cùm autem experientia aërem frigidum in febribus remedium esse probatissimum comprobavit, harum curationem gestationi omninò committere quando cum illo commodè conjungi queat, absurdum erit. Hi, quibus persuasum est bonos effectus in exemplis suprà recensitis aëri puro omninò esse tribuenda, nunc nihilominùs gestatione ægris optimè admoveri concedant; enim in urbibus frequentibus aër tantis vitiis peccat, ut parum boni ex eo utcunque liberè admoto sperandum sit.

Ad hoc quoque accedit quod nil mali ex hujusmodi motu unquam timendum est. Inter hodiernos, Doctor JACKSON primus, quantum mihi constat, medicorum animos ad gestationem in febribus revocavit ; etsi autem eam laudibus effert, medici ad hunc remedium, in hoc morbo, summâ attentione dignum, parùm adhuc adverterunt, utcunque ad nova remedia confugere in genere prompti sint. Usus hujus remedii in exercitu apud quosdam solummodò invaluit. Dominus JONES, Secundæ Legionis Equitum Chirurgus, exercitatus gestationem in febricitantium auxilium adhibuit, et exempla, in Appendice tradita, in quibus beneficia ex ea accepta admodum conspicua fuêre, ei debeo. Doctor HAMILTON, *Ipswichiensis*, literis ad Dominum JONES missis, exemplum scarlatinæ pessimum, in quo hoc remedio feliciter usus est, communicavit*.

Multa

* Hæc sunt verba : " I could furnish your friend with another fact of the utility of gestation ; but it
is

Multa certè præjudicia obstant quò minùs gestationis usus apud medicos passim invalesceret ; in exercitu autem, ubi auctoritas tantùm valet, usum hujus magis frequentem multa beneficia secum esse allaturum expectare liceat. Nec dubia sunt commoda quæ
ad

is in Scarlatina, not Typhus. A young gentleman, at school here, took the disease during an epidemic ; it was among the worst cases of that fatal malady, and in the hottest weather in August. There were little hopes of his recovery ; and he entreated to be taken home, a distance of eighteen miles. His parents came, and seconded his wishes, provided I would accompany him. Their coach was large ; a bed was put in, and he laid on it. I followed in my carriage. The procession was slow. Twelve miles passed in half as many hours. We stopped to rest, and dine. He was then revived greatly, and sat up a little at table, to please his parents. At length the journey ended, with his greater amendment. He slept comparatively well that night ; was convalescent next day, and was well recovered in a week more."

ad exercitum redunderent, si vehicula ægris deportandis accommodata cuivis legioni pertinerent, quod certè gravissimis malis è nosocomiis nimis confertis sæpissimè provenientibus, optimè occurreret.

APPENDIX.

APPENDIX.

EPISTOLAM de Gestationis usu in Typho, ab amico meo, Domino JONES, Secundæ Legionis Equitum Chirurgo perito, accepi. Hanc, huic dissertationi, appendicis formâ, posui.

DEAR SIR,

IN June 1803, the Regiment in which I serve marched to Canterbury; and in the autumn of the same year, Typhus Fever prevailed very much among the troops composing the garrison of that city. The Royal North British Dragoons did not escape its attack, from their having been crowded together very closely in ill-ventilated damp apartments, hired as temporary barracks. Having at that time read Dr JACKSON'S book, then lately published, in which he so highly extols the use of *Gestation* in the disease before mentioned; and having myself observed its good effects on the Continent during the years 1794
and

and 1795, when the sick of the British Army were on many occasions unavoidably removed, I determined to make trial of it in the typhoid cases then under my care at Canterbury. Many patients were submitted to it with the happiest effects ; and I have used it ever since as a remedy in this disease with very great success. I shall give a brief description of the first case, in which I tried gestation as a remedy.

October 10. 1803. *Joseph Bassett* had been ill seven days. An emetic had been given on his admission into the hospital ; afterwards a cathartic, and antimonial powder. His body had been sponged with vinegar and water ; camphor was exhibited ; and bark and tincture of opium. Porter was allowed, and afterwards wine. On this day, his pulse was very quick and feeble ; continual nausea ; inclination to stupor ; the countenance had an idiot-like stare ; he had passed an involuntary stool in the morning. In this state of extreme and alarming debility, he was carried in a spring waggon seven miles into the
country.

country. On his return, he took some broth ; and after it some wine, without nausea being produced. There was less stupor ; his countenance looked better ; and he had two voluntary stools in the course of the evening.—
11th, He had a very good night. His pulse was not so quick ; no nausea ; his countenance looked better ; no appearance of stupor. The day before he could not sit up in his bed without support ; and it was necessary to carry him to the spring waggon. This day he walked down stairs, and to the waggon, holding the arm of a comrade.

I shall add another case, in which Gestation was used with the same success ;—and this occurred out of the army.

William Finch, a pauper at Ipswich, aged fifty-five, in the month of January 1806, had been ill six days of typhus gravior ; the medical attendant had said that his recovery was impossible, and discontinued his visits. The patient's wife applied to me ; in consequence of which I visited him, and found him labouring

labouring under the following symptoms. Very feeble pulse; low delirium; subsultus tendinum; petechiæ; tongue dry, and dark-coloured. I asked his wife, if she could procure a cart and horse, to have him taken into the country five or six miles daily. The poor woman could hardly be prevailed upon to think me in earnest; but upon my assuring her that carrying her husband out was the only chance left for his recovery, she promised to obtain a cart the next morning early. However, I told her, if she could not obtain a horse to draw a cart, she should have my bat-horse, so anxious was I that the remedy should be tried in this apparently hopeless case. Gestation was tried the next morning, with evident advantage; in the evening of that day there was less subsultus tendinum; and the pulse was less feeble. On the evening of the second day of using gestation, the subsultus tendinum was entirely removed; the delirium was very considerably abated; and the pulse was stronger. On the evening of the third day, all the alarming symptoms had
ceased;

ceased ; and, in five days more, gestation was no longer necessary, the patient being convalescent. It is worthy of remark, that no medicine was administered to this patient except tincture of opium, and once half an ounce of tincture of rhubarb.

A daughter of this man, who was ill of this disease, (almost as dangerously so as her father), underwent the same mode of cure, with the like good effects.

These cases came within the knowledge of Dr HAMILTON of Ipswich, who, (on my requesting to know if he had any objection to his name being used in testimony of what is before mentioned), writes to me as follows :
“ That Finch and his daughter were relieved by gestation, is a fact which I have no hesitation in suffering my name to attest ; and that the typhus was of the malignant kind, is likewise true.”

I remain yours sincerely,

RICH. JONES.

F I N I S.

stead; and, in five days more, gestation was no longer necessary, the patient being convalescent. It is worthy of remark, that no medicine was administered to this patient except a tincture of opium, and once half an ounce of tincture of rhubarb.


A daughter of this man, who was ill of this disease, (almost as dangerously so as her father), underwent the same mode of cure, with the like good effects.


These cases came within the knowledge of Dr. Hamilton of Ipswich, who, (on my requesting to know if he had any objection to his name being used in testimony of what is before mentioned), writes to me as follows: "That Phipps and his daughter were relieved by gestation, is a fact which I have no hesitation in suffering my name to attest; and that the typhus was of the malignant kind, is likewise true."

I remain yours sincerely,

RICH. JONES.

F I N I S.





0156

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CHICAGO
540 EAST 57TH STREET
CHICAGO, ILL. 60637

